STEPHANUS DEI GRATIA REX POLONIAE, MAGNUS DUX LITUANIAE

Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Kioviae, Wolhiniae, Podlachiae, Livoniae etc. Princeps Transylvaniae. Significamus his literis nostris, quorum interest, Universis et singulis earum notitiam habituris. Quod etiam si omnium Regni nostri ordinum et statuum, ac subditorum, Iura, libertates, immunitates, praerogativas, privilegia, et indulta, tam generalia totius Regni, quam specialia et privata, quae tamen publicis et generalibus non essent contraria, circa

Confirmatio Iurium et Privilegiorum Civitatis Ilkusiensis

foelicem inaugurationem nostram iureiurando in praesentia omnium ordinum ac statuum Regni praestito, et literis quoque nostris confirmaverimus, sancteque et inviolabiliter nos ea semper conservaturos promiserimus ita ut nihil omnino in ea parte merito a nobis desiderari posse existimemus. Cum tamen nobis supplicatum esset a quibusdam Consiliariis nostris nomine Civium et Incolarum Civitatis nostrae Ilkussien, ut illorum Iura, Privilegia, Praerogativas et libertates specialibus literis nostris approbaremus et confirmaremus, iudicavimus nihil nos ea in re alienum ab officio nostro esse facturos, si huic supplicationi annueremus, desiderioque Civium nostrorum Ilkussien satisfaceremus exemplum ea in re imitati Serenissimorum antecessorum nostrorum Poloniae Regum quos idem factitasse ex plurimis eorum monumentis comperimus. Ea itaque ob causam omnia et singula Iura, Privilegia, Decreta, immunitates, libertates, exemptiones, concessiones, donationes, indulta, emptiones, inscriptiones, plebiscita, consuetudines, praerogativas, literasque in Universum omnes, quocunque verborum tenore conscriptas et contextas (quas omnes hic pro insertis et inscriptis haberi volumus) illi Civitati nostrae in Serenissimis antecessoribus nostris, ex quacunque causa iuste et legitime datas, dona-

tas, cocessas, et largitas, Iuri coi non contrias, et in quor usu Cives et incollae istius Civitatis nrae hactenus fuerunt, Iureq et merito ee deberet, nullis penitus exceptis, in oibus ear punctis, clausulis, articulis, coditionibus, capitulis, et verbis approbadas et cofirmadas ee duximus. Uti quidem autoritate nostra Regia per putes lras nras de certa scientia et voluntate nra, approbamus, cofirmamus, innouamusq plene, integre et sufficienter, nil detrahendo uel diminuendo. Decernen easdem et oia in ipsis coprehensa et contenta, rata, firma, ualida, inuiolabilia, ac imobilia tpibus ppetuis manere, robur'q et podus suu debitu et iustu, quantu Iuris publici rones pmittunt, retinere debere. Madamusq in uniuersum oibus quor intere, et quiuis putibus requisiti fuerint, Ut ipsos Cives nros Ilkusiew, in pristino usu et possessione prerogatiuar, libertatu et immunitatu suar cosuent et manu teneant neq quicqm in eos qmittere audeat, quo illor Priuilegijs derogatu esse aliqd uideret. Pro gra nra. In cuius eor uero pmissor oium et singulor fidem putes manu nra subspsimus et Sigillo regni nri muniri madauimus. Datu Craccouiae die Vigesima secunda Msis Decebris. ANNO dni Millesimo qngentesimo Septuagesimo octauo. Regni uo nri A°. Tertio.

Stephanus Rex sst.

STEPHANUS DEI GRA REX POLONIAE MAGNUS DUX LITUANIAE, RUSSIAE, PRUSSIAE, MAZOVIAE, SAMOGITIAE, KIIOVIAE, WOLHINIAE ETC. PRICEPS TRANSYLUANIAE.

Significamus his lris nris, quorum interest Uniuersis et singulis, ear